

rens. Nomine verò, ac symbolo deserti inhabitabilis & sitientis, incultaque solitudinis Gentilitatem in sacris litteris significari, ex Patrum doctrina certum est, & multis probat noster Alcazar Apocalypsis duodecimo, versu sexto. Igitur Gentium Ecclesie, quae ante Evangelicam praedicationem ad instar erat infœcundae, & aridissimae glebae, felicissima promittitur innovatio, mira fertilitas, ubertas, & amœnitas montium Libani, Carmeli, & Saron: nimirum omnia bona, opes, ac delicias sacras, & spirituales Synagogae transferendas magno cum auctario in Ecclesiam Christianam ex Gentibus congregatam. Audi Theodoretum hic. Desertum sitiens dicitur, quod non fuit irriguum Prophetarum vaticiniis; quod non Dei agriculturam accepit. Et Justinum Martyrem in Apologum secundum. Desertum appellat nationes, quod Dei veri cognitionis essent expertes, & destituta caelestibus bonis, quibus leta nunciata, quod omnia bona, quae apud Iudaeos erant, ad illos essent transferenda per Apostolos, dixerunt: Ecce convertimur ad Gentes.

2309 Illustre etiam extat apud eundem Vatem ad rem nostram vaticinium capit. quadragesimo primo v. decimo septimo. Egeni & pauperes querant aquas, & non sunt; sui lingua eorum aruit. De Gentilitate loquitur quaerente aquas ante adventum Christi, id est, rerum caelestium cognitionem per Philosophos, & ardebat siti; non enim acceperat opulentiam Legis divinae & Evangelicae Doctrinae. Ita penè iisdem verbis Theodoretus, & consonant Hieronymus, Cyrillus, & Procopius. Verùm quid subinde Deus summè clemens & munificus? Subdit continenter: Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram invidiam rivus aquarum. Vides aquarum exuberantiam? Exuberantem Christi doctrinam intellige sterile & inaquosum Gentilitatis desertum irrigantem, & foecundantem, aded felicitatē, ut subiecit Vates: Dabo in solitudinem Cedrum, & Spinam, & Myrrhum, & lignum olivae; ponam in deserto Abietem, Ulmum, & Buxum simul. Ecce felicissimis arboribus, pulcherrimis pariter, ac foecundissimis constitam aridam olim & incultam Gentilitatis glebam! Arborea sunt uberrimos fidei, religionis, virtutumque omnium fructus jugiter ferentes. Quid jucundius? Quid amœnitas? Lege S. Gregorium Hom. 20. in Evangelia, ubi latè hoc Isaiaē testimonium, ut nos, expendit.

2310 De Ecclesiae gremio capacissimo id habes Cantor. 7. 2. Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis; id est, liquore potabili? De Evangelicae doctrinae lymphis communis interpretatio est. Unde Chaldaeus vertit: Et Princeps scholae tuae, &c. Splendidus est in lege sicut circulus lunae. Et non deficiunt verba legis unquam ab ore ejus, sicut non deficiunt aquae fluminis quando egrediuntur de paradiso. Videtur dictum cum intuitu ad quatuor paradisi flumina, per quae Christi doctrinam designari diximus. Ac sic dicit Salomon: Nunquam deerit in Ecclesia aqua sapientiae & doctrinae; igitur fluet, irrigabit, & foecundabit Ecclesiae interiora. Quid verò subinde? Venter tuus acervus tritici vallatus lilium. Transferas cum Tuccio: tritici ager septus rosis. Quae major in agro foecunditas; quae gratior in viridario amœni-

tas? Numerosa filiorum proles est, qua gaudet, qua floret Ecclesia olim sterilis, quae non pariebat: jam nunc tota foecunda, tota florida & amœna, ab exundantibus quidem Evangelicae Doctrinae fluminibus, de quibus Joannes 7. Joan. 7. 38. Flumina de ventre ejus fluent aquae vitae. 2311 De Christo mundi Magistro, atque de ejus lege Evangelica, & Evangelii praedicatione illi extant apud Isaiaem laeti Gentium clamores: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob. Et docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus; quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem. Nimirum, Evangelicae doctrinae fluente per Apostolos, eorumque successores Gentilitas recepit, quae usque adeo foecundata est, ut illic Vates subdat: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. At quid opus, in vomeres, & in falces, lanceas converti? Putaverim Evangelicae doctrinae praeconstrari felicitatem, non solum quod pax florebat, ad quam Christi Lex inflammata, & influit, sed ob cumulatissimos lactissimae segetis fructus, quos refert Evangelii praedicatione. Tantus erit fidelium proventus; tanta Sanctorum copia; ut opus sit & enfes, & lanceas in ruffica Ceteris instrumenta commutari ad tam copiosam messem colligendam. Sic videtur Isaiaē vaticinium interpretari S. Irenaeus libro 4. adversus Haereseos cap. 67. Libertatis lex, id est, verbum Dei ab Apostolis, qui ab Jerusalem exierunt, annunciatum universam terram in tantam transmutationem fecit, quod gladios & lanceas bellatorias in aratra fabricarunt ipsi, & in falces, quae donavit ad metendum frumentum. Totum hoc exundanti Christi doctrinae deferendum, quis non videat?

2312 Isaiaē 52. 7. Quam pulchri super montes pedes annunciantis, & praedicanis pacem; annunciantis bonum, praedicanis salutem. S. Paulus ad Roman. 10. 15. de Apostolorum praedicatione explicat Isaiaem sic legens: Quam speciosi pedes Evangelizantium pacem, Evangelizantium bona. Origenes totum locum ad Christum refert, quem primum Evangelistam nominat. Dicendum, de Christo Sermonem esse per suos Apostolos, virosque Apostolicos evangelizante & praedicante gratiam, salutem, pacem toti mundo. Horum igitur pedes commendat Vates, demirans summopere illorum pulchritudinem & elegantiam: Quam pulchri, quam speciosi super montes pedes! Celebris extat LXX. Seniorum translatio, qui pro speciosi vertunt aqua, id est, ver seu vernum tempus, in quo, pura & serenà luce super montes resurgente, terra veluti reviviscit, floribus adornatur, amœnitate & viriditate circumvestitur; vel ipsa etiam deserta, & steriles agri locupletantur. O quam pulchri, quam verni Apostolorum pedes! Dum enim salutem, id est, Jesum evangelizantes, horridam, incultam & infœcundam Gentilitatis solitudinem peragrabant, ita Evangelicae doctrinae

atque foecundata felicitate est, ut vernum tempus ab Apostolicis pedibus delatum crederes vastissimis illis regionibus: non jam horridae erant silvestribus dumis, sed floribus coronatae, rosis, violis, liliis, caelestibus nempe gratis, & ornamentis. Sic Cyrillus interpretatur ibi, & Origenes in cap. 10. ad Romanos, qui pulchrè Isaiaē verba componunt cum illis Cantor. 2. 12. Jam hyems transit, imber abiit & recessit: flores apparuerunt in terra nostra; tempus putationis advenit, &c. Quibus Gentilitatis conversionem subdeserti virefcentis symbolo adumbrari, communis fert interpretatio. Lege è nostris Cornelium, Sanctum, Pintum, & Sierlogum in Cantica. Ubi etiam observo Ifychii mentem libro 4. in Leviticum, qui pedes Evangelizantium putat esse Libros Evangelicos. Quasi ipsa Evangelica Christi doctrina, in qua Apostoli iter peragebant, vernum praese tulerit tempus incultae, & horridae Gentilitatis telluri.

2313 Adducunt ad Christum Pharisei mulierem adulterii ream; sententiam super indubitato crimine rogant. Quid verò tunc Jesus Iudex constitutus? Inclicans se deorsum, digito scribebat in terra. Nec semel se inclinavit, & scripsit in terra: Iterum se inclinans scribebat in terra. Joannes 8. Porro arcanè dicitur Christus inclinatus ad terram, in ea scripsisse. Per hoc (Beda inquit) quod digito scripsit in terra, illum se forte monstravit qui quondam legem in lapide scripsit. Ille idem legillatior Deus, qui olim in tabulis lapideis, doctrinam suam proprio digito exaravit; nunc jam ad terras inclinatus, eodem digito scribit in terra semel atque iterum: & quid? Nihil facti certi, quid scripserit, sciri potest. Scripsit tamen aliqua, quae ad novum testamentum & Evangelicam doctrinam spectarent, indicat S. Ambrosius in Epistola 58. Scripsit, ut gemino testamento Iudaeos scias esse damnatos. Sed quam ob causam, veteris Testamenti doctrinam in duro exaravit lapide, & quidem saphirino; Novi verò montata in terra humili & abjecta? Consultissime id factum esse, putandum est. Licet enim potens sit Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae; cum verbum Dei ad instar feminis sit, si in petrosa decidat, citò emarcet, & aequat ad solis ardores; secus autem quod in terram bonam seminatur, fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum, ut in Parabola divini seminantis habes Matth. 13. Etenim incisa digito Dei lex in rupicibus paginis, in saxeo volumine, semen extitit in petrosa decidum, quod citò emarcuit, & nulum tulit fructum in faxeis Iudaeorum cordibus. Ut verò demonstraret Christum quàm copiosos sanctitatis, & Sanctorum fructus rellatura lex nova esset, Evangelicae doctrina in terra illam exarabat, quasi bonam araret terram digito suo, verbum seminaret, verbo irrigaret, ac foecundaret. Est haec tota Augustini interpretatio elegantissima in Pf. 102. Time scripsit in terra, quando se inclinavit in terram. Antequam se inclinaret in terram, non in terra scripsit, sed in lapide. Jam fructuosam aliquid erat terra de Domini litteris paritura. In lapide legem scripserat, significans duritiam Iudaeorum, in terra scripsit, P. Ildeph. de Flores in Eccles.

2314 Cant. 5. describit artificiosè Sponsa miram Sponsi Jesu pulchritudinem, & inter alia, sic v. 13. Genae ejus sicut areolae aromatum constitae à pigmentariis. Pro areolae, Aquila vertit, sulci; Pagninus, lineae sulci, quibus distinguuntur, & irrigantur areolae herbarum, & florum in viridario. Arabicus legit, sicut lacus, vel piscina; unde aqua fluit ad irrigationem. Quid, quae. per has areolas, per hos sulcos, lacum seu piscinam intelligendum? Quid per genas terrae illi hortensi excultae, floridae & odoratae perfimiles? Sponsa divinum scripturam intelligit, respondet Philo Carpathius. Scripturae sunt (addit Honorius) ab Apostolis redactae in fœcundam. Sicut enim ex genis, vel facie quicunque cognoscitur, sic ex sacris litteris Christus. Audi doctissimum Ariam Montanum in Commentariis super Cantica, quos Hispano sermone edidit, & apud me habeo ejus propria manu exaratos. Aqui las megillas del alto esposo son sus esculturitas, que nos le muestran y dan testimonio claro del, para que le conozcamos, como el mesmo lo dicen por S. Juan c. 5. Jen estas Escrituras ay diversos libros diversos preceptos y consejos, que todos con grande igualdad sin contra dición ni discrepancia dan testimonio del divino Esposo, que son semejantes en su suavidad a las plantas aromaticas, y al orden y composición dellas en su consonancia & igualdad. Consonat Chaldaica versio, quae in duabus Chaldae. Sponsi genis duas agnoscit Decalogi Tabulas. Duae Tabulae lapideae, quas dedit populo, suo scriptae erant decem lineis, similibus lineis horti aromaticum, quae germinant acutissimos sensus, & suaves, sicut hortus germinat aromata. Certè, ut ego interpretor, sacrae Scripturae, & in illis contenta Evangelica Doctrina areolis aromaticum constitis à pigmentariis comparantur, quia ea inest sacro eloquio vis & energia, ut eo irrigata & exculta corda fidelium, ad instar sint areolarum consutarum floribus inter aromata crescentibus, ac proinde odore & pulchritudine sua oblectantibus. Ita in re perfimili Philippus Abbas interpretatur Allegor. primo in Cantica. Sanè omnes sacrae Scripturae libri flores appellari possunt; pro eo quòd nos floribus, id est, virtutibus spiritualibus florere faciunt.

S E C T I O V.

A die Pentecostes exundare, & exuberare cepit Evangelica Doctrina, divino flante Spiritu.

2315 Sic ad Ecclesiastici verba, quae elucidamus, observavit Palacios, cujus commentarium dedimus in Enodatione textus. Splendorem illi conciliemus. Etenim, etsi Discipuli multa à Christo Domino fuissent edocti, dum adhuc ipse in terris versabatur, multa tamen supererant dicenda: nondum doctrina Evangelica completa & absoluta erat, quia Apostoli nondum capaces illius erant, atque adeo neque Apostolici muneris exercendi. Quid ergo tunc Mundi Magister? In caelos ascendit, ad Patris dexteram resedit, & super Discipulos promissum Spiritum sanctum mittit, per quem, quaecumque dicenda, & docenda

Christi genae sunt sacrae Scripturae fecundae, & fœcundantur ab Apostolis redactae in fœcundam.

Cant. 2. 12. Jam hyems transit, imber abiit & recessit: flores apparuerunt in terra nostra; tempus putationis advenit, &c.

Ifychi. libro 4. in Leviticum, qui pedes Evangelizantium putat esse Libros Evangelicos.

Joan. 8. Porro arcanè dicitur Christus inclinatus ad terram, in ea scripsisse.

Beda. inquit) quod digito scripsit in terra, illum se forte monstravit qui quondam legem in lapide scripsit.

Christus digito scribens in terra portendebat terram incultam doctrinae suae facundiam Evangelicam.

S. Ambr. Scripsit, ut gemino testamento Iudaeos scias esse damnatos.

In lapide olim scripsit, qui è divinum verbum in saxeis Iudaeis emarcuit.

Philipp. Abbas. Allegor. primo in Cantica. Sanè omnes sacrae Scripturae libri flores appellari possunt; pro eo quòd nos floribus, id est, virtutibus spiritualibus florere faciunt.

Philipp. Abbas. Sanè omnes sacrae Scripturae libri flores appellari possunt; pro eo quòd nos floribus, id est, virtutibus spiritualibus florere faciunt.

2315 Sic ad Ecclesiastici verba, quae elucidamus, observavit Palacios, cujus commentarium dedimus in Enodatione textus.

Splendorem illi conciliemus. Etenim, etsi Discipuli multa à Christo Domino fuissent edocti, dum adhuc ipse in terris versabatur, multa tamen supererant dicenda: nondum doctrina Evangelica completa & absoluta erat, quia Apostoli nondum capaces illius erant, atque adeo neque Apostolici muneris exercendi. Quid ergo tunc Mundi Magister? In caelos ascendit, ad Patris dexteram resedit, & super Discipulos promissum Spiritum sanctum mittit, per quem, quaecumque dicenda, & docenda

F f f 2 super.

Fertilitas, & amœnitas ex Evangelica Doctrina.

Theodor.

S. Justin.

Isai. 44. 17.

Aquarum exuberantia ex doctrina Evangelica ad foecunditatem.

Cant. 7. 2.

Chaldaeus.

Numerosa Ecclesia proles ex Evangelii praedicatione.

Copiosa Ecclesia messis per Evangelicam doctrinam.

S. Iren.

Isai. 52. 7.

Vel ipsi Praedicatorum pedes sterilitatem foecundant, exornant, locupletant.

Cant. 2. 12.

Ifychi.

Joan. 8.

Beda.

Christus digito scribens in terra portendebat terram incultam doctrinae suae facundiam Evangelicam.

S. Ambr.

In lapide olim scripsit, qui è divinum verbum in saxeis Iudaeis emarcuit.

Matth. 13.

S. August.

superfuerunt, ipse dixit, & docuit. Sic Spiritus sanctus suam divinitatem, & Christus se Mundi Magistrum ostendit. Atque hoc illud est, quod Joann. decimo sexto, dicebat: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.

Joan. 16. 13. ... sed quaecumque audiet, loquetur. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Ecce qua ratione à die Pentecostes Evangelica Doctrina exuberare, atque exundare cepit.

2316 Stat pro hac interpretatione Sanctus Anastasius Sinaita libr. septimo in Exameron, ubi premens illud Gen. secundo, v. decimo. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum; qui inde dividitur in quatuor capita: existimat per hunc fluvium designari Spiritum sanctum à Patre, Filioque procedentem.

2317 Lege caput 2. Actuum Apostolorum; ubi de effluo super Discipulos Spiritu sancto tanquam spiritu vehementi: ubi de igneis linguis cætui Discipulorum dispersis; ubi de linguarum dono eis concessio; ubi de Judæis eo die ad Christum traductis tribus circiter millibus. Tunc Petrus Apostolorum Dux illa admirandus protulit ex Joële desumpta verba: Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem.

s. Cyrill.

Copiosa & exuberans Spiritus S. per Evangelicam doctrinam irrigatio.

Act. 2. 17. Joël. 2. 28.

spiritus S. est fluvius egrediens de Paradiso ad irrigationem.

s. Sinaita.

runr: sed super omnes simpliciter per fidem vocatos, seu parvos, seu magnos, servos, & liberos, barbaros, & Scythas. Ut verò Vates ostendat, hanc Spiritus sancti, & per illum Evangelicæ doctrinæ, & sapientiæ Christianæ exuberantiam à Christo ut à Mundi Magistro profluere, illud arcanè præmisit: Et filii Sion exultate, & latamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis Doctorem justitiæ. Subdit continenter: Et descendere faciet ad vos imbrem matutinum, & serotinum, sicut in principio. Hebraicè est, sicut in primo, quod Chaldaeus, Vatablus, Pagninus, & alii explicant, sicut in primo mense Nisan, id est, Martio. Quo mense notanter dixit noster Siracides, Tigrim, & Jordanem exundare: ut cum intuitu ad hanc horum fluminum exundationem, Christi doctrina, & Evangelica prædicatio dicatur imber matutinus & serotinus; & affluens verbi Dei copia opportunè irrigans corda fidelium promittatur, ut explicat S. Hieronymus.

2318 Egregia extant ad rem nostram Isaïæ vaticina: unum vel alterum expendam. Cap. 43. 29. Ponam in deserto viam, & in invio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones, quia dedi in deserto aquas, flumina in invio. Desertum hic, & alibi sæpè, multitudo Gentium arida quondam, & infructuosa intelligitur. In hoc deserto (ait S. Cyrillus) apparuit via, quæ gradientes illac, ad Dei cognitionem veram, ad sanctam, & puram vitam, ad omnem omnium rerum bonarum scientiam ducit.

2319 Sibi consonat, & lucem conciliat Isaïas cap. 44. 3. Effundam aquas super sitientem, & fluentia super aridam: effundam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et germinabunt inter herbas quasi salices juxta prætersluentes aquas. Quid ad rem nostram luculentius? Aquarum fluentia vocat Spiritus sancti charismata, & Spiritualium doctorum varietatem, de quibus (ut interpretatur Cyrillus) Apostolus loquitur 1. Corinth. 12. v. 8. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii per Spiritum datur sermo Sapientiæ; alii autem sermo scientiæ: alii prophetiæ; alii genera linguarum;

Isai. 44. 3.

Profusio Spiritus S. fluxus abundans doctrina Evangelica fluentia aromatica.

Pl. 45.

s. Cyrill.

lac. 43. 29.

Alii interpretatio sermonum. Hæc omnia adimpleri cæpta ab auspiciousissima Pentecostes luce, in qua Spiritus sanctus effusus super Discipulos est, per horum prædicationem super sitientem, aridam, & inaquosam Gentilitatem effundendus, ut instar agri esset succulenti virens & vigenis.

2320 Expenditur etiam dignissimum est ad rem præsentem illud Isaïæ vaticinium, ex cap. 59. 19. Et timebunt qui ab occidente, nomen Domini, & qui ab ortu Solis, gloriam ejus: cum venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini cogit. Porro indubiè de gentium conversione Vates sermone, id est, coluerunt & reverentæ sunt, tunc quidem cum Evangelicæ doctrina, & Apostolica prædicatione tanto impetu, copia, & efficacia, audientium corda pervasit, ut videretur esse fluvius violentus in angustias redactus & exuberans, qui à vento ingenti ac valido rapitur & propellitur. Etenim Christus Dominus & ejus Evangelium ab Apostolis prædicatum fluvius violentus appellatur, arctus seu rapidus: quem Spiritus Domini cogit; Sanctus nempe Spiritus, à die Pentecostes, quo factus est repente de celo sonus, tanquam adveniens spiritus vehementis. Hoc Spiritu nomen Christi & Evangelicæ doctrina coacta totum orbem inundare cepit: quia eo acti ductique discipuli concionari cæperunt. Ita S. Hieron. Vide Leonem à Castro.

2321 Cant. 4. 16. laudaverat Sponsus hortulium suum ab amoenitate, & fertilitate, in quibus cum multum sibi vindicaret afflatus ventorum, sic jubet voce imperiali: Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Imperat, ut de orto suo Aquilo discedat, qui frigiditate & siccitate suâ plantas, fara & arbores adurere, siccare, & enecare solet. Austrum advocat & accersit naturâ suâ tepidum & humidum, utpote Meridionalem; quippe flante illo plantæ & arbores calefient, & humectabuntur, germinabunt, & in frondes, flores, fructusque erumpent; & quod ipse maximopere exoptat, horti sui fluent aromata, gratam longè lateque effundent fragrantiam. Quid, quæso, eo tenore verborum arcanè designatum? Jubbet Sponsus, ut horrida infidelitas, & impietas ab hortis suis procul abeat: vult ut Spiritus sanctus suo calido & humido flatu, & quidem vehementi, hortum suum conclusum, id est, Discipulos in cænaculo congregatos, agitet, ut pulsâ incredulitate, & malitioris frigore, Evangelicæ doctrinæ fluentia per omne genus linguarum in Orbem totum emittant, & suavulentiam dispergant. Ita multi Ecclesiæ Patres interpretantur. Unius Nyssemi commentarium accipe Homilia 10. Accersit Spiritum meridianum, per quem fluit torrens deliciarum, dicens: & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata mea: a deo ut violente Spiritu, sicut audimus factum fuisse in cænaculo Discipulis, plantas inspirans animatas, moveat Dei plantationem ad aromatum productionem, & efficiat, ut per os fluat ferè prophetia, & salutaria fidei dogmata, per omne genus linguarum effundens citra impedimentum. Sic centum viginti Discipuli, qui plantantur in domo Dei, statim hujus Austri, quæ per linguas traditur, doctrinam fecerunt efflare. Promittit ul-

Perflans Spiritus S. fluxus abundans doctrina Evangelica fluentia aromatica. S. Nyssem.

terius verbum illud fluent, quod præ se fert, si non aquarum, aromatum tamen affluentiæ, & exuberantiæ: Mutat fluenta, favens aromatum fluvios effluentes per vim Spiritus ex arboribus horti. Atque hanc statuit differentiam inter testamentum vetus & novum: quoniam communis fluvius propheticus impetus fuit aquis, Evangelicus autem aromatus. Concludit tandem: Talis fluvius aromatum ex horto Ecclesiæ fluens, per Spiritum erat magnus Paulus, talis fuit Joannes, Lucas, Mattheus, Marcus, & alii omnes irrigantes plantas horti, qui perspirati Lucido Austro meridiano facti sunt fontes aromatum, scaturire facientes bonum odorem Evangelii. Legendus Abbatonius Abbatiss Sermo 36. ubi præclare præfecta Cantuarum verba Festo accommodat Pentecostes. A qua die, vehementer perspirante Spiritu sancto, Evangelica Christi doctrina exundare & exuberare cepit.

2322 Agnoscent jure optimo sacri interpretes pulcherrimam Evangelicæ doctrinæ per omnes Mundi plagas spandæ adumbrationem, in illa Ezechielis quadriga gloriosissima. Quadriformia & pennata animalia Apostolos portendebant, virosque Apostolicos: Rotæ verò sacram veteris ac novi testamenti doctrinam. Ea hominis species ex electro ignito & resurgente concinnata Christum Dominum designabat, cujus nomen & gloriam Apostoli quoquo versus deportarunt. Cæterum, cupisne agnoscere, à quoniam magnificus iste cursus ageretur, & impelleretur, ut totus ipse pennatus, totus igneus, totus coruscans, totus Evangelii gloria radians ad omnes orbis partes tenderet? Sanè, Christi Jesu in cælis regnantis id opus fuit, sed non sine peculiari Spiritus sancti operatione, quem ipse misit tanquam Spiritum vehementem, & ignem resurgentem, ut quadrigam pararet & ageret. Expende quid de simulacro illo Christum currus aurigam designante facer dicat textus: Velut aspectus ignis intrinsecus per circuitum à lumbis ejus & desuper. Et à lumbis ejus usque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. Quid hoc? Aperit S. Gregorius Hom. 8. in Ezechielem. Quid iste ignis designat nisi ardorem Spiritus sancti? De quo ipsa Veritas dicit: Ignem veni mittere in terram? A lumbis sursum flammæ conatu intra certos limites carcerato, deorsum exundantis luminis impetus liberior circumquaque emicabat: quia ante incarnationem Redemptoris nostri (subtextit Gregorius) sola intra se Judæa ardorem amoris ejus habuit; post Incarnationem verò in universo mundo Gentibus claritatem S. Spiritus effudit. Effusio quædam, & inundatio ignis magna fuit, Spiritus sancti adventus super Discipulos, ad Evangelii expeditionem. Hoc ipsi igne succensi & impulsi Evangelicam doctrinam per omnes mundi plagas spatiarunt, quas eodem igne succenderunt. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgor egrediens. Ubi Gregorius ita: Sanctus Spiritus in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgor egrediens dicitur, quia universam Ecclesiam replens, in electorum cordibus ex se ipso flammæ amoris proicit. Quod etiam spectat illud, quod de mysticis his animalibus dicitur: Ubi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur. Erat quippe Spiritus sancti afflatus animalibus quod solet esse puppi in navi ventus, quæ eò fertur

Ezechielis curvus ad Spiritum S. adventum & Evangelicam prædicationem spectans.

Ezech. 1. Greg.